

sis, curtis, ortis, teris, silvis et pascuis ad se pertinentibus.  
 Tertio loco, qui vocatur Scorpetho, capite firmante in Cau-  
 tenella cum casis, curtis, ortis, teris, vineis, silvis et pa-  
 scuis ad se pertinentibus. Quarto loco, qui dicitur Telido,  
 iuxta latere plovega, qui dicitur Vulpino, cum casis,  
 curtis, ortis, terris, vineis, silvis et pascuis ad se perti-  
 nentibus. Quinto loco, qui dicitur Mamoniga, ibi de alio  
 latere Vulpino, cum casis, curtis, ortis, terris, silvis et  
 pascuis ad se pertinentibus. Sexto loco, qui dicitur Tar-  
 visiana, cum casis, curtis, ortis, terris, vineis, silvis et  
 pascuis ad se pertinentibus. Septimo loco, dicitur Sopetho,  
 cum casis, curtis, ortis, terris, silvis, et pascuis ad se per-  
 tinentibus. Hec prenominatis locis cum suis terminis  
 hac circumda[tis] lateribus, hoc est ab uno latere rio,  
 qui dicitur Cleusca; ab alio latere pluvega, qui dicitur  
 Momoniga; tercio latere pluvega, qui dicitur Tarvisiana  
 quarto latere Plonca percurrente, ad fratrum utilitate[s]  
 per remedium anime [me]e, [sicut] erit ipsa ordinatio.  
 Sexaginta argente libras habeat Deodedi et Dominici pre-  
 sbiteri, cum quibus aut in monasterio aut ubi sibi pla-  
 cuerit, vadant aut dispercant. Cetera C. libras dispercat  
 Felicitas [uxor mea], cu[m] presbiteris pro anima mea.  
 Nam res illas superius nominatas volo ut in suprascripto  
 monasterio perpetualiter maneant, qui supradicta res  
 posita esse videntur in comitatu Tarvisiano. .... De  
 corpus vero beati Mar[ci] Felicitati, uxor mee, [volo],  
 ut hedificet basilicam ad suum honorem infra territorio  
 sancti Zacharie. Justus vero presbiter, fidelis michi et  
 populi, in omnibus volo ut habeat de mea causa pro suo  
 recto servicio argenti libras L. ...., quas ego fieri precepi,  
 in eius sunt potestates. De petra, que habemus in Equilo,  
 compleatur hedifica monasterii sancti Illarii. Quidquid  
 exinde remanserit de lapidibus et quidquid circa hanc  
 [p]e[tram] iacet et de casa Theophilato de Torcello hedif-  
 ficetur basilica beati Marci evangeliste, sicut supra impe-  
 ravimus. Hec omnia, ut potuimus, secundum qualitatem  
 nostram ordinare decrevimus, ut stabile perma[neant].  
 Et qui] de proximis vel extraneis post meum advenerit  
 obitum et hunc testamentum meum infringere vel demi-